



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Oculi divum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A** num habetur, veterinum olim iumentum in Africæ solitudine quadam defecisse, ad cuius cadaver Serpentes plurimæ ventitarint, ut ejus viscera depascerentur, interim Basilisci auditio sibilu omnes profugisse, aut in sabulum sese abdidisse: progressum vero Basiliscum, per otium sine cuiusquam tumultu quantum apeterat estasse, cumq; satur jam abiret, iterum edidisse sibilum, quod indicium fecerat serpentibus aliis ad escam tutum patere redditum, atque ita eas oblatam prædam repetiisse.

## CALUMNIIS AFFLICTUS. CAP. XI.

**H**æc igitur Basilisci vis, quæ sine morfu perniciofa sit, argumentum hieroglyphici dedit Aegyptiis sacerdotibus, ut si hominem à calumniatoribus male acceptum, & mortiferis delationibus afflictatum significare vellent, Basiliscum apponerent: non enim alia ratione calumniatores homines conficiunt, quam faciat Basiliscus: clam si quidem illi Principum auribus infusurrant, nullo palam morfu infixu, quo diluendi ansa præripiatur, atque ita pleriq; falso delati, extrema quæque pertulere. Sed ne talem ac tantam Basilisco vim inesse quispiam admiretur, Thebiorum natio pestifera adeo fuit, ut vel solus oris eorum halitus exceptus, interimendi vim habuerit, illorumq; præsentia non animalibus tantum, verum etiam fati noxiam fuisse: de quibus hæc & alia secundo Symposiorum Didymus.

## OCULI DIVUM. CAP. XII.

**I**nea tamen religione Basiliscus habitus apud Aegyptios, ut ex auro dedicaretur. Caput autem illi accipitrinum faciebant, oculosq; eo artificio concinnabant, ut & claudi & aperiri possent. Hunc simulatque oculis adaperitis præferebant, univèrsa Aegyptus læticia atq; hilaritate perfundebatur: perinde ac si deorum oculi eos aspicerent, opemque præsentem omnibus pollicerentur: in luce igitur & in propatulo omnes esse, risui & jocis atque conviviis dare operam. Quod si clausis eum oculis extulissent, ibi tum omnia mœrore luctuq; confundi, aversos & iratos esse Deos existimari, abdere se omnes in tenebras, & obscura penetralia, miserabilique deploratione per se quemque niti, ut Deorum indignationem quacumque possent ratione mitigarent. Non fuit horum ignarus Philon: & Epies quidam divinorum interpres apud Aegyptios nominatissimus, rem memoriæ prodidit. Figura autem hæc ita habetur in Bembæa tabula. Ut vero hæc magis innotescant, Jovem Aegyptii, autore Plutarcho, spiritum esse dicunt, spiritus nulli animalium vehementior, quam Basilisco: ideoque nulli magis divinitatis symbolum quadrat.



Basilisci oculi clausi & aperti. quid.

## SPIRITUS. CAP. XIII.

**D**orro Anguis apud eos hieroglyphicum est spiritus illius, qui per universam mundi molem distatur. Anaxagoras quoq; quatuor elementis constitutis, quæ per Anguem significari statim initio diximus, rectorem adjungit, sive spiritum, sive Deum, sive mentem, ut Probus interpretatur, per quem hæc quatuor regantur: quod Virgilius etiam nullius ignarus disciplinæ affirmat dicens,

*Principio celum ac terras, camposque liquentes,  
Lucentemque globum Luna, Titaniaque astra  
Spiritus intus alit, rotamque infusa per artus  
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Quem enim Anaxagoras is spiritum & mentem dixit M. Tullius, Platonis sententiam, quæ in libro de Anima est secutus. principio terram ait sitam in media mundi parte, circumfusam esse hæc admirabili spirabilique natura, cui nomen aer.

Anaxagoras de spiritu opinio cui assentitur Virgil. Æneid. lib. 6.